



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De Origene. Cap. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**



Gitur Cōmodo imperatore tredecim annis functo imperio, & Aelio Pertinace post eum solis sex mensibus, Seuerus suscepit principatum. Sed & Victore pa-pa x. annis episcopatu functo, Zephyrinus suscepit sacerdotiū.

Exstante tempore plurimi ecclesiastici viri & stylo illustres. Heraclitus, qui in Apostolū commentatus est, & Maximus, quide famosissimā omnium hæreti cor& questione differuit, sed & Cādicus in hexameron, idem de principio Genesis scripsit, Appius quoq;. Hi cum quibusdam aliis hæreses ortas suis temporibus confurant, & maxime hæresim Pauli Samosateni, habentis autoritatem à quodam Artemone, dicentis: purum hominem & absq; deo fuisse saluatorem, & mentientis id ipsum ab apostolis antiquitus fuisse traditum. Interea Seuero quoq; aduersus ecclesiam sœuiente, martyres multi efficiuntur, præcipue tamen apud Alexandriam. Quo ex omni Aegypto ac Thebaide, velut in quoddam stadium pietatis, athletæ ducebantur. In quibus & Leonides pater Origenis, pro fine Christi capite plexus est, qui teneræ adhuc ætatis supradictum puerum dereliquit.

## H A Y M O.

## Cap. II.

**H**Viis scilicet Origenis vitā & actus & dogma-ta, si quis vult plenius nosse, legat Eusebium, de quo hæc transferimus. Qui de eo tanta & talia scribit, quanta & qualia non est dignum huic cō-

D ij

## HAYMO DE CHRISTIA.

pendio inserere, maxime cum nouerimus prædictum  
Eusebium à quibusdam ecclesiasticis viris aliquantum  
lum notatum fuisse, quod nimius fuerit in laude Ori-  
genis. Illud vero de eo breuiter enarramus, quod etiā  
orthodoxi quoq; & religiosi viri diffiteri nō possunt.

### DE ORIGENE.

#### Caput III.

**O**Rigenes Leonidis martyris filius & ipse fere à  
pueritia völūtate martyr & forsitan actu, nisi  
quia à matre surripiente nocte vestes eius, pia  
fraude præpeditus est, magnam à deo & manifestam  
gratiam scientiæ consequitur, potens in Græmatica &  
ceteris communibus literis, & in omni Philosophica  
eruditione apprime institutus. Maxime autem in le-  
ctione & doctrina diuinorum voluminum potentissi-  
mus illius temporis & famosissimus indagator. Hic  
ergo pro magna & incredibili scientiæ prærogativa,  
doctore ecclesiæ apud Alexandriam à Demetrio ipsius  
loci episcopo constituitur, cathedramq; doctoris ob-  
tinet tertius post Pantænum & Clementem, cuius sci-  
licet Clementis, & ipse exitit auditor, ubi dum verbū  
dei palam, tam viros quam foeminas instituēs docet,  
& occasionem omnis turpis maledicti vult infideli-  
bus excludere, quædā minus perfecti sensus exercet  
in proprio corpore, sed seruētis fidei & nimiè castitatis  
opus. Nam cum ante omnia præcepta euangelica &  
voces saluatoris obseruaret & obseruari præcipiteret,  
illud euangelicum attendens, quia sunt eunuchi, qui  
se castrauerunt propter regnum dei, dominicam vo-  
cem re atque opere mox in semetipsum aggreditur